Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Statuta Ruralis Capituli Linzgoviensis

Marquard Rudolf <Konstanz, Bischof>

Constantiae, 1699

Caput II. De susceptione confratrum in capitulum, & eorundem obligatione

urn:nbn:de:bsz:31-129236

Visual Library

Stephani Protomartyris & SS. Vrſulæ & Sociarum. 4. In der Egg ſub patrocinio S. Joann. Baptiſtæ. 5. Bechen Monaſterium Monialium Ord. S. Franciſci 3. Regulæ ſub patrocinio S. Nicolai, ubi reſidet Sacerdos ſæcularis pœnitentiarius. Inſtituta eſt in parochiali Eccleſia Confraternitas Scapularis B. V. Mariæ de monte Carmelo. Numerat communicantes 530.

Caput II.

De Suſceptione Confratrum in Capitulum, & eorundem obligatione.

NOtum ſit omnibus & ſingulis presbyteris intra Decanatûs Linzgovienſis limites beneficia

Eccleſiaſtica ſæcularia parochialia, curata, vel non curata, ſive cum inveſtit tura, ſive ad certum tempus per commiſſionem vel admiſſi onem adminiſtranda noviter obtinentibus, unumquemque à primo reſidentiæ ſuæ die Decani pro tempore exiſtentis curæ, regimini, nec non Capituli Statutis & ordinationibus ſubjectum, oblig atúmque eſſe, ut poſtquam in loco parochiæ ſibi commiſſæ reſidere cœpit, intra unius menſis ſpatium Decano ſe præſentet, allatis ſecum litteris proviſionis, inveſtituræ, vel commiſſionis, demiſſeque petat, an, quando, & ubi in Capitulum poſſit admitti? quam quidem ſui præſentationem, ne quis ex hujus Statuti ignorantia negligat, admonebitur à parocho proximè vicino.

Decanus lectis, quas quilibet ſecum attulerit, litteris, nullis, quibuscunque teſtimonijs commendatum in-

inconſulto Capitulo recipiet, ſed tempus & locum, ubi admiſſionem petere debeat, deſignabit, traditis interim ad legendum ſtatutis, quòd ſi quis dicto modo admonitus Decano ſe ſiſtere, vel ſi obtentis literis proviſionis vel inveſtituræ Capitulo & Confraternitati noſtræ adjungi recuſet, ad hoc compelli poteſt, juxta tenorem antiquiſſimorum noſtrorum Statutorum.

Recipiendus ad diem & locum ſibi præſtitutum maturè comparebit, & peractis Divinis officijs, quibus ab initio ad finem usque devotè intererit, coram Capitulari conſeſſu, antequam ad alia negotia procedatur, petitionem ſuam breviter proponet, quâ audita Decanus ipſum tantiſper usque cum Confratribus contulerit, ſecedere jubebit, Quòd ſi ex Confratrum collatione innotuerit, eum eſſe boni nominis, Exempli, atque ab omni infamiæ

famiæ

famiæ labe purgatum, Decano ad ſequentia reſpondebit. 1. Quòd nullas dederit reverſales, nec pacto ſe obſtrinxerit ad dandum vel præſtandum, quod immunitati Eccleſiaſticæ repugnet, vel cum diminutione redditũum beneficialium conjunctum ſit, nec quidquam commiſerit, aut promiſerit, quod ſimoniacæ labis indicium præbeat. 2. Quòd Decano pro tempore exiſtenti circa ea, quæ curam animarum, & officium Decanale concernunt, Reverentiam, & obedientiã præſtare velit. 3. Quòd vocatus ad Capitulum ordinarium vel extra ordinarium, aut ad exequias, 7mum, 30mum proximioris defuncti parochi velit comparere, niſi rationabiliter & in veritate ſe excuſare poſſit, in ſcripto toti Capitulo referendo, & expendeudo. 4. Quòd jura Epiſcopalia, Archi Diaconalia, & Capitularia juxta receptum hujus

Vene-

Venerabilis Capituli morem debito tempore perſolvere velit absque inutilibus ſumptibus. 5. Quòd Capituli commodum & honorem conſilio & auxilio datâ quacunque occaſione pro viribus promovere velit. Item quòd paternam correctionem, ſi quando exarbitrare contingeret, à Decano modeſtè ſuſcipere, ſeque reliquis Confratribus circa receptas laudabiles conſuetudines conformare velit.

7. Quòd Capituli noſtri ſecreta & conſilia ſilentio tegere, meminique revelare velit, etiamſi contingat eum à Capitulo noſtro ſeparari. Item quod charitatem inter Confratres nutrire, à mutuis detractionibus & contentionibus abſtinere, & Confratrum famâ pro poſſe ſuo defendere velit. Ad quæ puncta obſervanda, ſi paratum ſe offerat, præſtabit conſuetum Juramentum ad ſacroſancta Dei Evangelia.

Fer-

Forma Iuramenti.

EGo N. N. juro ac promitto Deo Omnipotenti, Beatiſſimæ V. Mariæ, & omnibus Sanctis, me hujus Capituli Statuta, ac ſtatuenda velle adimplere & tenere pro poſſe & nôſſe ſine dolo & fraude. Sic me Deus adjuvet & hæc ſancta Dei Evangelia.

Præſtito Juramento Decanus ipſum in Confratrem recipiet his uſus verbis: Deus det tibi ſuam gratiam, ut quæ jurâſti, adimplere poſſis, & particeps eſſe omnium bonorum fraternitatis noſtræ, in quam te ſuſcipio in Nomine Pat. & Fil. & Spir. S. Amen.

Suſcepto omnes & ſinguli Confratres ſecundum ordinem porrectâ manu bene precabuntur.

De Receptorum obligatione.

Receptus in Capitulum ſolvet pro ingreſſu ad manus Camerarij - - 3. fl. 25. Kr 6. hl.

Idque toties, quoties à Capitulo recedens, denuò recipitur. Item ſolvet vivo adhuc corpore pro mortuarijs - - - 6. fl.

Idque non niſi ſemel, etiamſi ſæpius ex Capitulo migret, & ad illud denuò redeat, cum per Capituli mutationem non deſinat eſſe noſter Confrater, ſicut deſinit eſſe noſter Concapitularis, mortuaria in parato non ſolventi conceditur pro præſtanda ſolutione biennium ſic tamen, ut in conventibus intra illud biennium celebrandis fruatur quidem cum cæteris Confratribus prandio conſueto, & præſentijs pro *Tenebræ*, reliquæ verò

rò præſentiæ uſque ad plenariam ſatisfactionem non dentur. Prædicta mortuaria & ingreſſum ad diem ſuſceptionis non ſolvens dabit Camerario ſufficientem cautionem ſive obligationem ſub hac vel ſimili forma ex antiquis Statutis deſumpta.

Forma obligationis.

EGo N. N. Parochus in N. Recognoſco notúmque facio præſenti Chyrographo, me anno - - Die - - Menſis - in Confratrem Venerabilis Capituli Linzgovienſis eſſe ſuſceptum, & juxta ejusdem Capituli Sta[illegible] in quæ libera voluntate juravi, pro mortuariis & ingreſſu intra 2. annos proximè venturos ad Cameram ſolvendis obligatum eſſe ad 9. florenos & 25. cruciferos, 6. hl. pro quo debito me meosque hæredes uſque ad pleniſſimam ſatis-

tisfactionem bona fide obligo in his ſcriptis.

Hanc obligationem, quam primùm ex integro ſatisfecerit, à Camerario recipiet, & deinceps omnium emolumentorum Capitularium particepſerit.

Cùm tam in Statutis Ruralibus, quàm inveſtituris litteralibus Decano præcipiatur, ut Sacerdotem admiſſum ad beneficium in poſſeſſionem ejusdem Beneficij immittat corporalem, hinc impoſterum Epiſcopale hoc mandatum obſervandum erit, ita, ut proxima (quâ fieri poteſt) die Dominicâ aut Feſtivâ in præſentiâ 2. vicinorum Sacerdotum & Parochianorum Neo-Parochus per Decanum vel ejus locum tenentem ſolemniter inveſtiatur, inſtalletur, & in actualem poſſeſſionem immittatur, juxta formam in Decretis Ruralium Capitulorum fol. 34. & ſequentibus præſcriptam

ptam. In quo tamen jactu inſtallationis nulli ſuperflui ſumptus fiant, nec aliæ pompæ & vanitates ſæculares immiſceantur.

De Solutione Iurium Epiſcopalium.

UT quilibet Confrater primo ſtatim obtutu videre poſſit, quid ratione Bannalium & conſolationum annuatim exſolvere debeat, placuit unicuique Parochiæ ſuam quotam aſſignare, prout in ſequenti ſpecificatione videre eſt.

De-

Deſignatio

Quantum unaquæque Parochia annuatim pro conſolationibus & Bannalibus ad feſtum S. Andreæ Apoſtoli ceſſis exſolvat?

	fl.	Kr.	hl.
Uberlingen	8.	55.	1.
Pfulendorff	6.	12.	3.
Ratione Sacelli B. V. M.		18.	3.
Ratione oſſorij.	-	7.	4.
Königsbrunn ratione Sacelli S. Nicolai.		18.	4.
Mörſpurg. -	- 1.	22.	4.
Ratione Stätten	-	7.	2.
De Sacello in Baithenhauſen		15.	1.
Marckdorff. -	- 1.	33.	5.
Sacellani	-	29.	-
Althaim -	-	54.	2.

Ber-

	fl.	Kr.	hl.
Bermatingen -	2.	30.	-
Deggenhauſen ſolvit Eccleſia Collegiata in Bettenbrunn	-	52.	4.
Ratione Collegiatæ.	1.	26.	4.
Frickingen. -	4.	43.	5.
Hagnau -	-	52.	6.
Herdwang -	-	21.	4.
Immenſtaad -	-	27.	3.
Ittendorff. -	-	48.	-
Kippenhauſen -	-	25.	6.
Klufftern -	-	17,	5.
Leütkirch. -	4.	7.	1.
Lintz - -	1.	26.	4.
Lipperatsreüthe -	-	24.	4.
Mimmenhauſen	-	48.	-
Pfaffenhoffen -	2.	15.	2.
Röhrenbach -	1.	39.	3.
Roggenbeüren -	1.	43.	1.
Seefelden -	-	48.	-
Siggingen -	-	28.	4.
Weildorff -	2.	50.	-

CA.